qui uſum legis moralis ſublatum eſſe docent, quòd ceremoniæ Moſaicæ non ampliùs durent.

XIII. *Ab impletione legis Evangelicâ ad impletionem legalẽ, & viciſſim, non valet argumentatio.* Sic nos legem implevimus in Chriſto, & illam magis magiſq; conamur implere exemplo Chriſti, non ut præſtemus obedientiã legalẽ, ſed Evangelicam.

XIV. *Poſitâ lege operum tollitur lex fidei, & poſitâ lege fidei tollitur lex operum.* Hoc docet Apoſtolus *Rom.* 3. 27. ubi legem fidei legi operum ex diametro opponit. Lex autem fidei eſt Evangelium, quod inſtar legis jubet credere, & credentibus promittit vitam æternam, non verò credentibus interminatur mortem æternam.

XV. *Poſito iure nõ ſtatim ponitur factum.* Sic lex ceremonialis ipſo jure eſt ſublata per mortem Chriſti; facto, non niſi per excidium Hieroſolymitanum.

XVI. *Sublato uno legis uſu non tollitur omnis uſus.* Nam uſus legis eſt vel communis reſpectu omnium hominum; vel proprius, & is vel electorum, vel reproborum.

Caput XVI.

De Coniugio.

I. A*b accidente coniugii vitioſo ad ipſius eſ-*

ſentiam